



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. V. De quarta clausula. Sive inter se, sive cum aliis quomodolibet
perpetranda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

cognoscat Confessarium non habere animum ulterius progrediendi, nec ipsam habere periculum consentiendi in grave peccatum; quia excommunicatio major in edicto fulminata non fertur, nec ligat, nisi pro culpa mortali. At hoc fundamentum ruit, quia huiusmodi actus, aliis levis, esse graves ex circumstantia ministerii, probatum est in *tom. 1. de voc.*

Ad opus denunciandi non requiritur, quod sequatur principalis effectus, per sollicitationem intentus, aut quod persona sollicitata consentiat; sed sufficit, quod sit autentatus, ut constat ex verbis sequentibus Bullae: *Solicitare, vel provocare tentaveris. v. n. 547.*

QUÆRES.

500 Confessarius in confessione mulierem, qua de tepido mariti amore querebatur, docuit artificia, pluresque modos inhonestos allectivos, & remedia quedam applicanda, pariter ad allucendum maritum. An sit reus sollicitationis, & denunciandus?

R Esp. affirmative; quia docuit meretricia cum alia perpetranda. Item quia locutus est provocativa ad motiones carnales in se ipsis.

CAPUT V.

De quarta Clausula

Sive inter se, sive cum aliis quomodo libet perpetranda.

501 **P**Otest Confessarius pœnitentem sollicitare ad inhonestam, sive secum, sive cum aliis habenda, gerendo munus infami lenonis. Uno autem, aut altero modo sollicitet, est denunciandus. Etiam si pœnitentem sollicitet, ut ipsa cum alia mediet pro fornicatione. Est Com.

CAPUT VI.

De quinta Clausula

In actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immensitatem.

502 **Q**uid sit sollicitare in actu Sacramentalis confessionis, et quid verò sit ante, vel post immensitatem, et difficultas, quæ declaratur per sequentem casum.

Ex vi Bullæ Greg. non est denunciandus Confessarius sollicitans in alius sacramentum nempe in administratione Baptismi, aliorum, &c. quia nulla de iis sit mentio. In *n. 4. par. tr. 5. res. 16. Leander. ca. 19. c. 1.* qui advertunt, eum esse denunciandum superiorum, ut corrigatur, ut abusive dicitur, ob quod est suspectus de hæresi.

QUÆRES I.

503 Confessarius post auditam confessionem mulieris accedit ad ejus domum, aut in itinere illam sollicitat. An sit denunciandus?

Affirmat Lezana in *summa. q. 19. ca. 19. n. 34.* Peyr. & Hurtadius de *matrim.* qui præsertim ait, peccatum carnis a Confessario cum pœnitente committitur intra 24. horas post confessionem, et licet sit denunciatio.

Negative respondes cum Lezana in *28. Diana, Castrop. & alius.* Ratio est, quia non sollicitat in actu, aut in loco confessionis, nec simulat confessionem, ut confidens nec ex prætextu confessionis, quia prætextus confessionis non fuit velata, sed vera occasio confessionis; quia occasio confessionis dicit invitationem, atque cum prætextu confessionis, quia occasio confessionis, quæ non habentur in actu. Est Com.